

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1431

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 4 / Tabuteau 104

**Auteur(s) :** Richard Ier, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 990, 15 juin

**Lieu d'émission :** Fécamp

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard Ier, avec le concours de l'archevêque Robert et de tous les évêques de Normandie, accorde à Fécamp : Mondeville, Argences, Saint-Valery et leurs dépendances, Bretennoles et Ingouville.

L'église de l'abbaye et douze églises dépendantes sont affranchies des coutumes épiscopales.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 165.
- b. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 208.
- c. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, col. 203.
- d. Lemarignier Jean-François, *Étude sur les privilèges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, pièces just., n° 1, p. 292.
- e. Douglas David Charles, *The First Ducal Charter for Fécamp*, dans *L'abbaye bénédictine de Fécamp*, ouvrage scientifique du XIIIe centenaire, 658-1958, Fécamp, Durand, 1959-1960, vol. 1, p. 45-56, p. 55.
- f. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 4, p. 72-74.

### Indications

Musset Lucien, *La contribution de Fécamp à la reconquête monastique de la Basse-Normandie*, dans *L'abbaye bénédictine de Fécamp*, ouvrage scientifique du XIIIe centenaire, 658-1958, Fécamp, Durand, 1959-1960, t. 1, p. 57-68 ; p. 341-343., p. 58. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix B, n° 1, p. 252. Musset Lucien, *Les domaines de l'époque franque et les destinées du régime domanial du IXe au XIe siècle*, Notes pour servir d'introduction à l'histoire foncière de la Normandie, Caen, Caron (BSAN ; 49), 1942-1945, 1 vol., p. 90, n° 106.

## Dissertation critique

D'après une chronique de Fécamp, cet acte date du jour de la dédicace de l'église de Fécamp. Voir FAUROUX, p. 73.

Texte établi d'après f

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis. Quoniam priorum patrum sanctione, nec non et decreto bonorum hominum, quorum mens et possibilitas actuum non tam caduca quam etiam mansura exoptant sibi, meritorum præcedentium executione, decreverunt rata ac rationabilia esse ut Deo cunctorum datori sanctisque ipsius, quorum supplemento viget mundus ac propellitur labens hominum scilicet peccaminum nequam et impenditur bonis merces juxta executionem operum, ut ex his que ipsis in hoc mundo a Deo tribuuntur bonis, reiterato, tamquam vicissitudinis cyrographo, eidem Christo vel sanctis suis conferant talionem ut prosit eis presentialiter et in futuro : iccirco ego Ricardus consul meo posse, quem sibi asscivit cunctipotens Deus, qui est Trinitas et unitas, sua misericordia preveniente, non propriis meis exigentibus meritis et sua michi largitus est gratis, opto esse fidelis, et confero ei in hoc loco, qui dicitur Fiscannus, et in hoc monasterio in honore sanctæ Trinitatis dicato, de bonis ab eo michi indigno datis, videlicet Amundi villam, et quicquid ibi pertinere videtur, Argentias etiam cum omnibus appenditiis suis, Sanctum Walaricum, et quicquid ibi pertinet, Bretennoles ex toto, Ingulfi etiam villam, et quicquid ibi meæ ditioni subicitur, eo rationis tenore, ut in predicto loco maneat, cum firmissima stipulatione perenniter absque illius contradictione. Constituo etiam atque confirmo, donante, concedente atque laudante Rotberto Rotomagensi archiepiscopo, hanc æcclesiam in honore sanctæ Trinitatis dedicatam et duodecim æcclesias ad eam pertinentes, ab omni episcopali consuetudine immunes et liberas quatinus nulli archiepiscopo futuro in istis tredecim æcclesiis quicquam juste vel injuste dominationis aut exactionis concedatur, nisi quod Fiscannensis æcclesiæ permiserit atque laudaverit universaliter conventus ; qua de re accitis totius nostræ diocesis episcopis, Rotberto scilicet sanctæ Rotomagensis æcclesiæ archiepiscopo, nec non et Radulfo sanctæ Baiocacensis æcclesiæ presule atque Hugone Constantiæ æcclesiæ presuli, Geraldo quoque sanctæ Ebroacensis æcclesiæ pastori, Rogerio quoque Lisoensis æcclesiæ presuli, Atsoni quoque civitatis Saxonum æcclesiæ presuli, Norgodo quoque sanctæ Ebretentensis (sic) æcclesiæ episcopo, cum assensu fidelium nostrorum hoc egimus ut si quis ab hodierno et deinceps hoc contradixerit, vel hanc stipulationem violaverit, a supra dictis episcopis, ex auctoritate Patris et Filii et Spiritus Sancti, sanctæque Dei æcclesiæ catholicæ, sanctæque Mariæ matris Domini, ac sancti Michaelis cum novem ordinibus atque beati Petri cum omnibus Apostolis, sanctique Stephani cum omnibus martyribus necnon et sancti Hylarii, cum omnibus confessoribus, atque sanctæ Felicitatis cum omnibus virginibus et quatuor evangelistis et centum quadraginta quatuor milibus innocentibus sint segregati et maledicti atque perpetua maledictione anathematizati : fiat pars illorum cum Dathan et Abiron quos infernus deglutivit viventes et cum Anania et Saphira, Judaque traditore Domini pari damnatione feriantur, et nunquam recipiat terra corpora illorum, sit illis caelum æneum et terra ferrea. Sitque illis anathema maranatha, hoc est perditio, in adventu Domini, nisi resipuerint et ad dignam emendationem venerint. Fiat, fiat, fiat, Amen.

Signum Ricardi comitis. Signum Willelmi comitis. Signum Godefridi. Signum item Willelmi. Signum Madelgeri. Signum Rotberti. Signum Radulfi abbatis. Signum Heldeberti abbatis Sancti Audoeni. Signum Radulfi fratris Richardi comitis. Signum Rogerii. Signum item Radulfi. Signum Torstingi. Signum Wolberti. Signum Malonis. Signum Torchetilli. Signum Girardi. Signum Herluini. Signum Hugonis. Signum Willelmi. Signum Torstenc. Signum item Radulfi. Signum Arfat. Signum item Torstenc. Signum Rannoldi. Signum Tietfredi. Signum Odonis. Signum Gosfredi. Signum Gisleberti. Signum item Gosfredi. Signum item Torstenc. Signum Constancii. Signum Wigrini. Signum Heriberti. Signum Berengerii. Signum item Willelmi. Signum item Hugonis. Signum item Gosfridi.